



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

65. Quare violans priuilegia Ecclesiæ, punitur in quinque liberis auri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

solum fecerit: is verberibus exilioque tradatur. Si verò etiam litaniam concusserit, capitale periculum sustinebit, & vindicare iubemus non solum ciuiles, sed etiam militares iudices. Omnibus autem laicis interdicimus litanias facere sine sanctiss. Episcopis, & qui sub eis sunt reuerendissimis clericis. Qualis enim est litania, in qua sacerdotes non inveniuntur, & solennes orationes faciunt? Sed & ipsas honorandas cruces (cum quibus & in litanis ingrediuntur) non alibi nisi in venerabilibus locis reponi, & si quando opus vocauerit ad litanias celebrandas, tunc solum ipsas sanctas cruces accipere eos, qui consuetè eas portare solent, & cum Episcopo & clericis litanias celebrare, hoc custodientibus sanctissimis locorum episcopis, aut etiam eorum clericis, & per loca iudicibus. Si quis autem in hoc capitulo, presentis nostræ legis virtutem, aut transcederit, aut non vindicauerit, prædictas poenas patierur, monasteriorum & reuerendissimorum monachorum dispositione.

Imp. Arcadius & Honorius A. A. in l. Si venerabilis C. De Episcopis & clericis. Violans privilegia Ecclesie punitur in quinq; libris auri.

CAP. LXV.

Si venerabilis Ecclesiæ privilegia, cuiusquam fuerint vel temeritate violata, vel dissimulatione neglecta, commissum hoc

Gg

quin-

quinque librarum auri condemnatione ple-
tetur.

*Nona constitutio Friderici Imper de statutis et
cōsuetud. cōtra libertatē Ecclesiæ editis, quæ
habetur ad calcem lib. 2. Fendorum. De va-
rijs pœnis violantium privilegia & libera-
tem Ecclesiasticam.*

C A P. L X V I.

AD decus & honorem imperij, & lau-
dem Romani principis nihil omnino
magis videtur accedere, q̃ vt expurga-
tis q̃busdā erroribus, & iniquis quorundam
statutis penitus destitutis, de cætero Ecclesiæ
Dei plena quietē vigeat, & secura gaudeat li-
bertate. Sanè aded infidelium quorundam &
iniustorum iniquitas abundauit, vt non dubi-
tent contra Apostolicam disciplinam, & sa-
cros canones statuta sua confingere contra Ec-
clesiasticas personas & Ecclesiæ libertatem.
Cum ergo dispositione diuina fauente, nihil
velit Ecclesiæ (quæ nihil debet præter bona ap-
petere) quod nobis eodem concursu & eadem
non placeat voluntate. Nos Fredericus Roma-
norum Imperator semper August. hac edita-
li lege irritamus, & nunciamus omnia statuta
& consuetudines, quæ ciuitates, vel loca, po-
testates, consules, vel quæcunque alia persone
contra libertatem Ecclesiæ vel Ecclesiasticas
personas edere, vel seruare aduersus canoni-
cas, vel imperiales sanctiones præsumperint,
& ea de capitularibus suis mandamus intra
duos

*Vide duhen.
cassa & irri-
ta C. de sa-
cro sanct. Ec-
cles.*